

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema XXX.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

pertinet id etiam, 2. Cor. 4. v. 9. & seqq. Premiur & non angimus Laboramus, nou destituimur: non deserimur, non perimus, &c. Er macht es nicht allzu grob und gbt darben allezeit das Lustkommn. Hoc elegant similitudine exprimitur Esa. 28. v. 26. & seqq. Ad inferos ducit & reducit 1. Sam. 2. v. 26. Mortificat. & vivificat Deut. 32. vers. 39. Vide horum Thematum Dispositiones, suprain hac secunda parte Prompruarii, Num. XIV. & XIX.

Quis itaque, charissimi, ne ferreus sit, non moueatur his rationibus, ut dicat id Hos. 6. v. 1. Venite, ad Domnum conuertamur, percussit & sanabit nos. Quis non ita se submittat voluptati diuinæ, ut dicat: Fiat voluntas tua. Ipse Dominus faciat quod vult. 1. Sam. 3. v. 18. Præsto sum, faciat quod lubet, 2. Sam. 15. v. 26. Bonum est verbam Domini. Esa. 39. v. 8. Non sicut ego volo. Matt. 26. v. 39. & 42.

F I N I S.

T H E M A X X.

Hiob. 10. v. 9.

Memento quofo, quod ex luto feceris me, & in puluerem reduces me.

D I S P O S I T I O.

In hoc capite Hiobus eleganter depingit creationem & formationem hominis, factam ipsis Dei manibus. Et conqueritur, quod Deus tam cito velut destruere ipsum, ac si non meminisset. Hiobum esse factoram ipsis Dei. Scio, inquit, quod haec abscondas in corde tuo. Da thult nicht als ob wir dem G'schöpf weren; & ramen de eo cogitas. Ego autem illud in memoriam reuocabo tibi. Inter cetera itaque proponit Hiobus haec paucula, quz prælegimus, verba: quibus originem & finem hominis ostendit.

Cum autem non parum facere possit ad doctrinam nostram, si haec duo saepius accurate meditemur, agite, nos

nos iam isthac paucis explicabimus, addituri quis nos
monere possit.

I. Pars.

Originem omnium hominum quod attinet, affirmat Job, nos factos esse à Deo. Mandas tuæ finixerunt me. Additur autem, ex qua materia effinxerit nos Dominus: quod probe est notandum; scilicet ex luto, ex terra aut puluere. Danus. Et alies eius Thesus. Hoc qui nescit, legat formationis Adami historiam Genet 2. v 7.

Et quamvis iam alia videatur esse ratio formationis nostræ, quam Hiob in sequentibus describit, tamen pendet ista omnia a principio. Et ex terra non nisi terra sit.

Locvs. Admodum necesse est, nos lapius de origine nostra cogitare diligentissime.

Hinc scriptura nobis id tories inculcat. Ipse Dominus. Terra es Genes. 3. v. 19. Terra mater omnium dicitur. Syrach. 41. ver. 1. iuxta latin. De limo terræ s̄p̄e monet Hiobus: vocans corpora nostra domos luteas. Hiob. 4. v. 10. & super tercam fundatos nos affectit. Ibid. Syr. 17. v. 27. Imo putredinem matrem vocat, & vermes sorores Job. 17. v. 14. Puluis & cinis sumus C. gen. 18. v. 27. Syr. 10. & 33. 10. Lutum in manu figuli. Esa. 55. Jer. 18. v. 6. Roman. 9. 21. Sap. 15. v. 10. Syr 33. v. 13. Hinc etiam vasis fictilibus & testaceis comparantur homines. Test Esa. 45. v. 9. Vasa fictilia. Cor 4. v. 7. 2. Tim. 1. v. 29.

Hæc meditatio multiplicem habet usum.

I. Contra superbiam facit: quod clare innuit Syr. cap. 10. Quid superbis terra & cinis: & seqq. Non sumus nati ex fluvi illo, qui ex horto voluptatis egressus est, & in quo aurum optimum, bædellium & lapis onychinus inueniuntur: neque ex auro illo optimo aut lapidibus pretiosis facti sumus, sed ex limo terræ. Itaque cum fex, cum limus, cum res vilissima sumus. Vnde superbimus? ad terram terra redimus.

Et sciendum illud de homine, quod natus humo, ou-

tritur homo, per humumque mouetur : Inque reuersus humum, carne resurget homo. Homo ab humo dicitur. Philippus Macedo quodidie voluit moneri, homo es, ne superbiret.

Vnd was darff es so viel Prangens mit einer Hand
holl Raat Hodic Rex, cras mortuus, Syr. 1 o. versl. 11. De pluribus alias sepe.

II. Cum non simus facti ex petra durissima, ex adamante, ex queru robustissima, non ex ferro & chalybe, sed materia, quæ facilime refoluitur, vel infusa tantum aqua: ex terra scilicet & limo, &c. stultum est, si promittamus nobis longævitatem aut durationem post multos annos. Quod faciunt iuue ac sua opinione robusti: & viri fortes, & senes vegeti, &c. At quam facile limus transit, (wie der Raat vom Rad weg fällt) tam cito transit vita. Hinc rebus euanidis, floribus, fumo, vapore, &c. comparatur. Vide appendicem Classis VI L. supra.

II. Pars.

Recte dicitur, Finis ab origine pender: etiam hoc sensu, quod sicut origo est limus terræ: ita finis & puluis terra. Hinc Hiob. in puluerem reduces me.

Sicque redimus ad principium Quicquid enim de terra factum est, in terram transit Syr. 41. v. 21. Neque id eget probatione, cum experientia nos doceat.

Mox enim ubi anima recessit à corpore, illud factere, computurescere & terram redolere incipit.

Locvs. Etiam de hoc vt frequenter cogitemus, ipse Deus Protoplasm monuit, Gen. 3. In terram reuertitur. Naturæ etiam hoc est inditum, vt terra repeatat, quod suum est.

Et in terram nos seminari Paulus ait, vt ibi computremus, sicut granum, 1. Cor. 15.

Eccle. 3. v. 20. Omaia ex puluere in puluerem redeunt. Et 12. versl. 7. reuertetur puluis in terram. Vide etiam Syr. 22. 17. versl. 2,

MONST

Inque resum
humo dicit
ti, homosap
tus eis est? 2
10. vers. 11. 1
issima; ex al
terro & chalyb
infusa tam
est, si promis
in post morte
robustus & vi
limus transi
to transit vi
ti, &c. compu
et: etiam hodo
fians & pulch
quid enim des
xi. Nequeq;
at.
ore, illud fai
pit.
er cogitamus
a terram resum
ita repeat, q
it, veibi compu
a puluerem rede
ram. Vide enim
Mo

MONAT meditatio huius loci, de peccato; propter quod in terram reuerteendum homini: cum alioquin in celum, non in terram fuisset transferendus, sicut Enoch Gen. 5. v. 24. & Eliaz contingit, 2. Reg. 2. Peccatum itaque detestemur, quod corruptionem super nos induxit.

CONSOLETVR autem nos vicissim idem locus, quod quia in terram seminatur homo, etiam de terra resurget, & sicut granum tritici tum vivificabitur, cum appareat mortuum, 1. Corinth. 15. Et tanto magis solerunt quod resurget spirituale, immorale, &c. ibid. vers. 42. Hoc vehementer recreat Hiobum cap. 19. v. 25. Scio quod redemptor, &c. Non igitur graue sit, quod in terram es seminandus, quia ex terra resurges. Sepulchrum reddit mortuos. Apoc. 20. v. 13.

F I N I S.

THEMA XXXI.

Hiob. 14. v. 1.

Homo natus de muliere breui viuens tempore, &c.

Dispositionem huius Thematis vide supra in I. parte
Promptuarii, Classe VI. Numero VIII. pag. 280.

THEMA XXXII.

Hiob. 14. v. 5.

Determinati dies hominis, numerus mensium apud te:
constitutissi ei terminum, quem praterire non poterit.

Insignis est hic locus Hiobis, Diuinam nobis prouidentiam illustrans, quæ inter alia hoc loco, maxime circa vitam hominis, sic occupata esse cognoscitur ut cuique certus viuendi terminus, iam constitutus & præfinitus, atque in libro Dei, Psal. 139. v. 16. annotatus & consignatus sit. Hæc omnia ut facilius assequamur, verba Hiobis singularia, primum examinabimus diligentissime, (habent enim